



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Vtriusque sententiæ explorati Doctores ad purum recensentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

quis, & Primoribus etiam Recentioribus, aliâs creaturam actionum liberarum non prauarum prædeterminationis præfinitionibus, mordicus negant. Nempe circa phylicam Dei præfinitionem prædeterminationem, & præmotionem antecedentem natura ad prauam operationem ex parte creatæ voluntatis præstandam, independentem ab exercitio, & operatione, seu (quod idem est) determinatione libera ipsius, ut diximus, & ad quam in prædictis circumstantiis inevitabiliter malitia moralis subsequitur, ratione cuius Deum mediare ad actus prauos, quatenus etiam à creatæ voluntate, & arbitrio promouentur, concurrere dicantur: ea enim ratione, & actus, prout à nobis, & determinationis nostræ ad agendum actum, hic & nunc in hisque circumstantiis prauum, & prohibendum, seu operario prauo, prout à nobis, qua, ut à nobis, totum materiale peccati ponitur, cui, & à nobis, & à Deo, inevitabiliter, formale, seu malitia peccati annexa est à Deo tandem ponitur.

6. In hoc igitur postremo ita proposito, & explicato disputationis præfinitionis totus veritur cardo nostris cum fere reliquis Theologis, ita Deum actiones nostras prauas præfinitione prædeterminationis negantibus, non de facto solum, sed etiam de possibili: quia ultra earum libertatis ad moralem malitiam essentialiter requisitæ causam præfinitione causam, aliaque incommoda, Dei sic præfinitionis voluntas, bonitasque, quam maximam rectitudinis, & honestatis patetur iacturam, quod est impossibile: assensibus vero recentibus Dominicanis paucis cum aliis affectis, ut videbimus. Res autem hæc, quia tanti in Theologia, si deus catholica ponderis est, & ab auctoritate, & à ratione altè erit, ac rigide examinanda. Ac primum quidem à Theologorum præcipue S. Thom. veræque Thomistice scholæ auctoritate. Secundò ab auctoritate Scripturæ, & Patrum. Tertiò à ratione. Quarto à aduersariorum inconsequentis.

QVÆSTIO I.

Luceantne per Philosophos, & Theologos catholicos Scholasticos (præcipue sanctum Thomam, eiusque veros discipulos) materialis peccati prædeterminationis præfinitiones.

NEGENS hic citatorum pro affirmatiua Doctorum non satis lectura, & contextu exploratorum aucupium, quorum mens, & sententia rigide exploranda hic erit: cum, ut à plagiis hinc soluti suæ libertati, & ingenuitati restituamus: cum, ut qui nullo rei examine præmissis affirmantes paucos, ex hæcenus non damnatis, in publicis quandoque disputationibus verbo, scriptoque ignotis lecturæ suæ codiculis, plerumque transcriptis, quam mediocritas, sequuntur, videant tandem quantula se auctoritate in tuto poscos arbitrentur.

CERTAMEN I.

Virisque sententia explorati Doctores ad purum recensentur.

Affirmatiua præfinitionum diuinarum omnem æreæ libertatis usum antecedentium ad materiale totum peccati, siue ad actiones prauas, quatenus à creatæ voluntate, eiusque determinatione influxu, confluxuque ex parte sua promouentur, docuerunt olim fa-

tales Ethnici, contra quos Iulius Sirenus totis libris de fato, ac reliqui Christiani Philosophi illustissimi decursu disputationis memorandi. Item & præfinitæ hæretici Prædeterminatores, contra quos Augustinus sæpe, & reliqui Ecclesiæ Patres suis locis referendi scripserunt. Ex nouioribus hæreticis, siue proximi sæculi Nouatoribus Vicleffus, & qui de eius nomine, & secta infame apud catholicos Vicleffitarum cognomen traxerunt. Lutherani item omnes, & Calvinistæ, qui e suis Præceptoribus, Luthero, & Caluino hæreticam à Vicleffo posita oia excludentes præfinitiones ad actiones nostras prauas, seu (quod idem est) materiale peccati expresse docuerunt. Nimirum Zuinglius Theodorus Beza, Melancton, Buzerus, Tullius, & eius farinae reliqui inferius memorandi: ex eis autem subtilior, longeque ingeniosior Caluinus conclusionis huius, toties suæ horrorem dissimulare tandem non potuit lib. 3. Institut. cap. 24. in hæc de eiusmodi suo decreto, & præfinitione scribens. *Horribile fatetur: sed necessario deorandum.* Et quis autem sanæ mentis (necum literaturæ medicis Caluini gulam tot immanibus hæreticis deoratis dilatatam, atque hominem (seu potius Cerberum trifaucem) struthionis in morem errorum ferro deglutendo, bibendisque quasi aquam iniquitibus spiritibus asluerum, ad trahendum non hærentem solum, sed & horrentem videat, & tamen à catholicarum delicatioribus gulis facile deglutendam, eorumque stomachis abique nausea recipiendam (etsi nunquam concoquendam) non miretur? maxime ab eis qui, quoad præfinitionum earum conclusiones, sibi cum Caluino conuenire ingenue facentur (vix ex Ioanne à S. Thom. prætulimus d. 1.) etsi non, quoad inde à Caluino, & suis admixtas consequentias.

2. Sed enim adeo frequenter videndi vsu ipso mite-sunt oculis monstra: arque jis, quæ non semel audimus, vel assuecunt aures, vel mens potius ipsa ob-callefcit, ut præfinitiones hæc ad materiale peccati doctioribus, quibusque Dominicanis (etiam alias creaturam actionum liberarum præfinitionibus) execrabiles, ipsique hæreticis horridas intrepide ab aliis catholicis viris asserti, & scriptis suis legamus, & ex ipsis in disputationibus publicis sustineri, ac sine adstantium stomacho apud scholas catholicas videamus audiri. Eas igitur materialis peccati præfinitiones diuinas in terminis docuit Trigosus in 1. p. summæ Bonauenturæ q. 18. art. 4. dub. 3. ad 2. & 3. Bannez generale suum principium de diuinis creaturam contingentium operationum præfinitionibus 1. part. quæst. 14. art. 13. dub. vlt. 5. *Hæcenus, & 5. Ad hoc respondetur.* & quæst. 19. art. 8. subinit. conclus. 3. & art. 10. dub. 1. circa quintum argumentum ad omnem omnino creaturam operationem (nulla exclusa) quatenus bona entitatis est, conclusionem suam extensam, & intellectam voluit: cum tamen in entitatis bonis materiale peccati, siue operationem nostram, prout nostram contineri non ignorauerit; imo vero, ut eam sub Dei præfinitione comprehenderet, bonitatis actionum nostrarum entitatis à morali distinctionem appoluit. Sed clarius tamen q. 23. art. 3. dub. 2. post 2. conclus. 5. *Ex hac doctrina durissimum, suis etiam, ad materiale peccati præfinitionibus essatum hoc asseruit: Deus est volens, & efficiens edij Dei, & 5. Secundus sensus ex eadem doctrina docet voluntatem nunquam esse indifferentem, ut seipsam determinet ad prauam etiam operationem, sed à Deo ad illam determinari.* Idem tutius ex influente est Cabrera 3. p. q. 18. art. 4. ad 2. §. 12. ann. 530. Nauarræ part. 1. tom. 1. controuers. 25. concl. 6. & 7. controuers. 26. concl. 2. & 3. Aluarez d. 24. de auxili. conclus. 2. collata cum disputationis progressu, maxime n. 22. & 23. & cum disput. 11. Le-desma de auxiliis art. 18. conclus. 3. & ad 12. argumentum. Ioann. à S. Thom. 1. p. tom. 2. dist. 5. art. 6. n. 65. & hi quidem certo pro affirmante hac sententia steterunt. Ex alias vero nostrarum operationum præfinitionibus plures, numinis reuerentiæ, quam Philosophica consuetudine attentiores materialis peccati præfinitiones diuinas stomachari, contra suos expresse sunt, ut inferius videbimus: vel ob fraternam incitatos sui ordinis Doctores charitatem, & obseruantiam ad has speciatim præfinitiones materialis peccati disputa-

tionem extendere noluerunt: ne vel Dei bonitati iniuri essent, vel præfatis odiosi.

3 Quoniam vero explorati affirmantis suæ sententiæ Doctores septenario numero contentos videri, (per exiguo, scilicet, ut cum frequentissima negantium Doctrina acie manus, nisi desperato conferrent) alius ex male lectorum libris scriptorum lætis hinc inde militibus copias augere suas conati aduersarii sunt. Ex antiquis Scholasticis pro se referunt Scotum, Capreolum, Altihiorenses, Durandum, atque è proximo sæculo Caietanum, Canum, Driedonem, quæ vero fide facile videat, quibus quæstionem §. 2. & 6. disputationis primæ legat. Ibi enim hos omnes actionum nostrarum liberarum vniuersim auersantes, & impugnantes videbit: peccati vero materiale, ut diximus necessarium, & essentialiter libera nostra actio est. Citatur etiam pro eadem sententia Bartholomæus Medina 1. 2. q. 79. art. 2. dub. 1. conclus. 4. paulo ante argumentorum solutionem, dicens Deum velle, & causare peccatum, & ea quidem citatione admittunt, non aliter causari à Deo peccatum posse, ne eius materiale peccati præstipiendo, ut contra eos urgebimus, cum id ipsum eis causare merito locetur, ac præstipere. Et quid minus proprie illum, maleque sonantem, ut Deum, & velle ex parte ideo adeo incaute est loquutus, ut Deum, & velle ex parte etiam sua concurrere, & concurrere exhibere ad actiones nostras prauas offendat; minus tamen attendens: quid vterius denominationes illæ volendi, causandi illas proprietate sermonis addant. Ceterum voluntatem illam diuinam concurrere ad ipsas efficaces antecederet ad liberum in eis edendis libertatis creatæ vsum ac subinde illarum præstipitiones esse, Deique concursus præmotio nem, seu prædeterminationem creatæ ad ipsas voluntatis nulloque ibi aut alibi Medina asseruit. Id autem opus omnino erat, ut pro aduersariorum affirmatiua sententia bona fide citaretur; siquidem in eo stat ipsorum sententia. Quare, & si lapsus in modo loquendi Medina deprehendatur, nusquam tamen in horum doctrina deprehenditur. Citatur etiam ex eodem tomo ad q. 19. art. 2. ubi pro ea sententia nil habet, ut legenti constabit. Sed quia eo Authorem auspicio numerum solum aduersarii quærent, quem nobis opponant, meliori fide eis Patronorum, & si non fidei satis bonæ, numerum dabimus.

4 Etenim præter fatales Ethnicos prædestinatores, & Nouatores memoratos n. 1. pro nostrarum prauarum actionum, siue materialis peccati præstipitionibus diuinis numerandi etiam sunt Simon Magus apud Clementem Romanum III. Recognitionum pag. 5. sic & S. Petrum, cum quo disputabat affatus: *Si, quod Deus vult esse, est, & quod vult non esse, non est: si vult mala non fieri, non erunt. Quare solum erunt si ea fieri à nobis velint.* Theodorus Mopsuestensis inter errores alios relatos II. synodo Constantinopol. generali §. collat. 4. post med. damnatos collat. 8. post med. docebat Deum voluisse, docuisse, fecisse, & concessisse, ut homo peccaret ob vilitatem eius ex peccato capiendam. Quibus Deum, eiusque voluntate materialis peccati auctorem, causamque esse professus est, & si ad peccati formale, seu malitiam, ex poenitentia, & humilitatis peccatoris vilitas capiri potest amandam videatur extendere. Verum, cum malum, ut malum, siue malitiam quæ talem nemo vnquam hominum expresse, & formaliter amari posse senserit, sentireve potuerit. Neque ita peccatum suum ament, illi ipsi, qui peccant, de interpretatiua solum Dei voluntate, quæ in amore materialis peccati est, id Mopsuestensis censuit, & docuit. His etiam accessere Cerdonistæ apud Tertullian. de præscriptionib. Marcionistæ apud Irenæum. 1. aduersus hæreses, cap. 19. Necnon Florinus, qui (teste Irenæo etiam apud Euseb. Cæsariens. §. histor. c. 10.) ob inde peccati causationem in Deum expresse referebat, eum imitati proximo sæculo, non certa fide referuntur Coppinus, & Quintus Sutores Flandriæ, & libertinorum Magistri, quos Caluinus etiam confutauit instruct. contra Libertinos, & epist. ad Rothomagenes contra Franciscanum quandam eius erroris sectarum: quasi ipse ex Dei voluntate, & præstipitione materialis peccati, quam docebat (ut vidimus num. 1.) eius causationem in Deum non cogeretur refundere. mala tamen fide eos pro voluntate Dei formali erga malitiam, peccati, imo ne erga materiale peccati proprie tale, vel inde constet, quod er-

rore opposito nullum esse posse peccatum actionem malam asseriebant: vim tandem adeo fiant, qui nihil mali facere possent, teste Bellarmino infra citando in §. Florinus, & cap. 2. §. 2. Scholastici Magistro sententiarum coarctati ab ipsoque relati in 1. d. 46. §. 1. deinde, asseriebant Deum, & si mala culpa non velit, esse tamen, heurisque à nobis efficaciter, & determinate velle, quæ ipsissima est Dominicanorum Recentiorum sententia. Citati denique ab aliquibus pro ea sententia Manichæi possent apud Augustinum de Hæresibus cap. 49. Priscillianistæ apud S. Leon. Pap. epist. 93. ad Turib. Albigenses apud S. Antonin. in summ. Theolog. p. 4. tit. 1. c. 7. §. 5. qui omnes Deum peccati causam dicebant. Sed certe de vero, bonoque Deo nostro id nullatenus asseriant: sed de alio, quem erroneè fingebant Deo malo, malorumque omnium principio primo, & causa, siue cædæmone (ut volebant Manichæi) siue alio: quin in Deum bonum tantum probis & blaspheemia conicere, peruersi etiam, ac perditissimi homines audent quæ omnia, & plura erudite recitat Eminentiſſ. noster Bellarminus lib. 2. de missi. grat. cap. 1. & 2. ubi præter Nouatores & eorum loca citata refert Caluinum lib. 1. institut. c. 17. §. 1. c. 18. §. 1. & 2. c. 4. §. 2. & 3. lib. 3. c. 24. §. 4. 7. 8. & 9. lib. 4. æterna Dei prædest. editione geneuensi an. 1570. pag. 505. 506. 944. 946. & instruct. contra Libertinos, c. 14. quorum plerique locis Catholicam solutionem de solo Dei erga praua nostra opera permissa absque positiua eius voluntate, ut friuolum, & scripturæ aduersum, ridet Zuingleus ferm. de prouid. ad Philippum Catorum Princip. an. 1530. cap. 5. & 6. Beza respons. ad Sebasti. Callicion. de æterna Dei prædest. refutat. caluinniz. 2. & infra aphorismis pluribus Caluinnianam suam sciam hoc in re fundans, & ab aphorismo 17. ad 22. & 31. præsertim explicans tametsi (ut errantibus accidit) clarius errorum contradictiones maiori explicatione immolant.

5 Pro negante vero nostra, & reliquorum Theologorum, ut statim videbimus, sententia steterit quæque ex Philosophis Primores Plato dialog. 2. de republica sub finem: [Neque Deus (quandoquidem bonus est) omnium causa est: sed paucorum quidem hominum causa; multorum vero non causa. Multo enim pauciora nobis bona sunt, quam mala, & bonorum quidem nulla alia causa faciendæ est: verum malorum, alias quædam causas querere oportet, & nō Deum. Nimium male ludos, & homines & demones, nostrasque voluntates fecit prauas actiones, seu materiale peccati, cuius formalis, & expressa voluntate implicite solum, & interpretatiue malitiam, seu formale peccati volumus, nec aliud quam actionem prauam ob delectationem, aut commodum illa capiendæ nobis, vel homines perdidit, vel demones suadent, ut interpretatiue malitiam, & formale peccati velimus, & admittamus; quam formaliter, & expresse velle sua de re nobis nequitiam possent: imo malorum tristitiam, ut poenæ, quæ prauam actionem, & peccatum supponit, Deum causam non esse inibi docet, etiam cum iis, qui pena opus habent infligit, cum autem subdit: *penas dent vilitatem à Deo percipere.* Multo ergo in causæ sententia minus actionem prauam, quæ malitiam non supponit solum, sed ponit, atque inuitabiliter affert, cuius causa proinde nemo aliter esse potest, quam actionem prauam, siue peccati materiale fustione, investigatione, aut determinatione propria apponendo: quæque nobis nullatenus bona esse potest, sicuti poenæ esse potest, infra. (Malorum causam esse Deum posse, cum bene sit refellendum est omnino: nec permittendum his quæquam dicere in sua ciuitate, si bonis instrui legibus ciuias debet. Nec insuper quæquam audire, si ille junior, siue carminibus hæc inferantur, siue soluta oratione narrentur: tanquam, quæ neque dicta, facta sint, neque aliis vtilia, neque inter (se consona.) & hæc dialogi mendacij (quod licere quandoque nobis potest) adhuc per somnium, & inculpabilis, Deum causam negat his verbis. Est Deus simplex, & verus, & in opere, & in sermone: & neque ipse transmutatur, neque alios decipit: neque per spectra, neque per semper, neque per signorum pompas, neque re vera, quæque per somnium.] Ac de opposito Poetas capias. Quoniam non solum in inculpabilem errorem, sed in prauam

prauam actionem, cui malitia annexa inseparabiliter est inductorum à nobis irresistibiliter, & prædeterminato- rem facientes Deum stomacho exciperet? Et dialogo 10. celebre illud axioma, laudatissimum à Nemefio lib. de nat. homin. & animæ facultat. cap. 3. sub init. Iustin. M. apolog. 2. pro Christianis dicente è hbris Moysi fuisse mu- rum. Nempe culpa eius est, qui elegit: Deus extra cul- pam est. Extollit: At si Deus prædeterminaret ad mate- riale peccati nulla esset nostri, cum eius, tum malitiæ illius inuitabiliter annexæ electio; sed tota electio esset Dei. secundo culpæ nomine actiones solum prauas, Plato intelligit, seu materiale, non formale peccati, seu malitiam: constat enim ex contextu de actionibus in quibus humana vita transigitur ipsum loqui, exempla- que subdit, in eis, quibus brutis assimilamur, odioque & tyrannide aquarum causatione, & voluntate Deum ex- cludit, quia ea à nobis agi non faciat, nec velit; est ad illa nobiscum concurrat: quia, quatenus ex se est, & fieri po- tuit, videtur contextus priorum etiam locorum, quo ea casu satis præcluditur.

6. Consonat (præterquam supra datis locis) Aristor. vivis in hanc materiam incidit lib. 3. Ethicor. cap. 5. actus prauos nostræ omnino potestatis esse ait; nec in principia alia, quæ nostræ potestatis non sint, esse re- cedenda. Quod si hæc, inquit, vera videntur, neque in alia principia vlla nostrorum actus, quam in ea, quæ sunt in nobis, reducere possimus: quorum principia sunt in nobis, ea quoque in nobis sunt sita. Quare, cum in nobis, nostræ potestatis præfinitio prauarum actio- num non sit, sed in Dei potestate, & arbitrio solum, ille quidem nec nostræ potestatis erunt, neque in nos reducibiles, nostræque principia, sed solum potestatis, & arbitrij erunt diuini, atque in liberum, ipsi solum, præfinitionis suæ principium: atque in Deum subinde solum reducibiles, ipsique imputabiles. Addit conse- quenter ea tantum ratione actiones prauas, ignorantiam, vel ebrietatem secutas, ad culpam nobis imputabiles esse, iustitiam à potestatis puniri, quatenus ignorantiam, & ebrietatem (quæ illarum principia sunt) vitare in nobis nostræque potestatis sunt: ut ait longe à capitis initio, & inferius. Cuius textum illustri hoc com- mentario elucet ibi 5. Thom. lect. 11. [Quod si consi- lium, & electio, & voluntas, quæ sunt in nostra pote-estate, videntur principia operationum nostrarum, & non possimus reducere operationes nostras in alia principia, nisi in ea, quæ sunt in potestate nostra consilium, & ele-ctionem, consequens est, quod operationes nostræ bonæ, vel malæ sint in potestate nostra, quia illa, quo- rum principia sunt in potestate nostra, & ipsa sunt in potestate nostra.] Denique 1. magnor. moral. cap. 9. sub finem contra Socratem statuit [esse in nobis prauos, vel improbos esse.] Et inferiusculæ. [In nostro arbitrio esse bona, malæque facere:] quæ repetit cap. 12. & addit. [Actiones, tam bonæ, quam malæ principium est pro-positum, & voluntas, & quidquid ad rationem tendit.] Denique Tyrinus cognomento apud vetustissimos Philo- sophos Maximus serm. 2. §. qui de mali, siue peccati, cau-sa, est, ita scripsit: eius nomen est improbitas: causam-que ab elegantis arbitrio nanciscitur; Deo semper extra omnem causam constituto. Hæc sane loca de actioni- bus ipsis prauis aperta sunt, quæ non peccati formale, sed materiale directe important, & si annexum sibi in-uitabiliter formale peccati, siue malitiam moralem con-ferant: non aliter nostræ potestatis, nisi ratione mate-rialis peccati, siue actionis prauæ apponendæ pro libito nostro, vel non apponendæ subiectam, nec aliter ab illo apponibilem; quare, cuius potestatis est actionem prauam apponere, vel non apponere, eiusdem omnino realis formalis potestatis est malitiam apponere. Cum autem in aduersariorum sententia solius potestatis diui- næ sit prædeterminatio prauas actiones, etiam propt-er, præfinire: atque in nobis eas sic præfinitas ap-ponere, vel fecus, minime sit: non in nobis, sed in Deo & hoc Philosophos est, ut de se patet, & apertius adhuc à ratione agentes q. vltima monstrabimus.

7. Ex Theologis, qui negatiue nostræ sententiæ suf-fragantur, cum quæst. 5. & quæst. 7. in approbatione communis, cum Philosophis, tum Theologis cunctis

definitionis liberi agentis & causæ disput. 1. multo tre- centis plures numerauerimus, qui omnium liberarum creaturarum (etiam honestarum, quæ tamen in Deum principalem causam, & Authorem Catholice, & hone- stissime refunduntur) vniuersim, ac non sine censuris quandoque in aduersam affirmatiuam abiiciunt, præfinitio- nes prauarum actionum, siue materialis peccati præ- determinatiuas eisdem, titulo solo libertatis earum ne- cessariæ, ut in peccata consentiant, reiectare exploratum à Deo est, ut eorum hic repetitio, & supputatio superflua. Maxime cum decentiæ voluntatis, bonitatisque Dei (in quem, ut causam refundenda peccata nostra forent si ab ipso materiale peccati præfinitur) titulus ad eas specia- tim abhorrendas addit titulus vltior, neque laxior, solum ergo referendi hic sunt, qui tantæ in Deum irreuerentiæ speciali horrore ad materiale peccati præfinitiones præ- determinatiuas videntur execrati. Et in primis Magister supra aduersus relatos Theologos eam reiecit. I. em Gre- gorius de Arimino, vetus Scholarum delitium, in 1. d. 34. q. 1. art. 3. affirmatiuam præfinitionem ad materiale pec- cati sententiam falsissimam, & blasphemam esse dixit. Pu- teanus supra improbabilem. Lorca etiam supra Sancto Tho- ma aduersam. Mendoza Augustinian. q. 7. quodlibetica Scholastica, impiam, & stultam. Quibus & similibus alio- rum de ea opinione iudicii subiciendis pro rei grauitate inimanda transcribendis abstinendum non fuit; Et si illis subscribendi animus nobis in præfinitarum non sit. Acce- dunt ex Dominicanis Mag. Ioann. Vincen. ius supra recita- tus apud Ledesnam de auxili. art. 18. §. in hac difficultate, ubi negatiuam sententiam Tridentini definitionibus cen- set conuinci ab eaque sola Ecclesiæ autoritate dimoueri posse profre ur. Albelda 1. p. q. 19. art. 8. ad 59. lect. 1. n. 1. Tacitus & lect. 2. n. 13. §. Dico tertio, expresse ait negati- uam nostram esse expressam D. Thom. & discipulorum eius. Ex quo verba etiam mutuatus Nazarius fuit 1. p. q. 22. art. 4. concl. 3. §. An autem, Illustrissimus Arauxo ce- lebris iam olim apud Dominicanos Primarius Professor Salmantinus, & Magister affirmatiuam parum probabilem, nec dignam quæ Augustini putetur esse dixit 1. 2. tom. 2. q. 11. dub. 6.

8. Et hi quidem (si Nazarium excipias) actionum creaturarum contingentium prædeterminatiuas, physice saltem præfinitiones vniuersim abiiciunt, ut vidimus d. 1. q. 5. & 6. Ex eis vero ipsis, qui eas ad reliquas admittunt, ad actiones tamen prauas non magis æquo animo præ- finitiones ita prædeterminatiuas ferunt. Zumel. 1. 2. q. 79. art. 2. d. 3. & 1. p. editione 2. appendice ad quæst. 22. art. 4. conclus. 5. relatus ab Albelda ubi proxime, hæc de affir- matiua scribit: Neque esse veram, nec sana doctrina congruam, eamque execrari semper fuisse Augustinum, Damascenum, Fulgentium, & Sancti Thom. Et paucis intercalatis adnectit. Nullus Hæreticorum, qui huius sen- tentiæ fauet; dixit Deum concurrere (prædeterminatiue præfiniendo) ad formale peccati, sed solum ad materia- le; & nihilominus damnantur à Concilio: nempe Tri- dentino. Et tom. 1. opusculor. siue disputationum varia- rum, d. 6. lect. 6. affirmantem eandem sententiam susce- ptam in fide, ne dicat erroneam, vocat. Fuit autem hic, qui sacrarum infularum amore, dum sui ordinis gene- ralis esset, fratres suos negatiuam præfinitionum præde- terminatiuarum vniuersim thesibus pro Generalibus sui Ordinis Comitibus expungere, atque ad actus, non prauos, defendere illas coegit, ut Dominicanis gereret morem: ut ex primario tunc Vallisletano Doctore Co- ronell. d. 1. non semel vidimus. Nec mitius contra hæc præfinitiones ad materiale peccati prædeterminatiuas egit illustrissimus Mag. Machin. tom. 1. in 1. p. q. 22. art. 4. d. 40. lect. 5. conclus. 2. Ex eodem Mercenariorum ordine, eodemque infularum amore Dominicanis actionum aliarum præfinitionibus consentiens. Mag. Dominicus Verdu, ex primis præfinitionum, & prædeterminatio- num suarum, quoad reliqua, scriptoribus celebratissi- ma, à nostris etiam Relect. contra scientiam mediam affirmatiuam sententiam præfinitionum earum ad ma- teriale peccati, impiam censet, & blasphemam, & sane Patribus nostris Romanorum disputationum initio scri- pro publico societatis nomine à nobis recitatio d. 1. q. 8. certam. 2. obicientibus Dominicanos aduersos è suis principijs cogi ad præfinitiones prædeterminatiuas ma- terialis

